



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 30. Granatensis Archiepiscopus articulum de residentia adjici postulans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

IV. „An accipiat aliquid minus is, Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.  
 „qui utitur hoc Sacramento sub una  
 „tantum specie, quam ille, qui sub ut-  
 „raque id recipit: „

V. „An necessarium sit ex lege Divina,  
 „hoc altissimum Sacramentum porri-  
 „gere pueris, antequam ad usum ra-  
 „tionis perveniant. „ Itaque rogaban-  
 „tur Theologi, ut circa hosce articulos  
 exponerent ea, de quibus sentirent,  
 quod vel divina fide credi, vel tanquam  
 hæreses, ac errores rejici oporteret.

## §. XXX.

*Granatensis Archiepiscopus articulum  
 de residentia adjici postulans.*

**H**is propositis interrogabantur Patres, Pallav. c. I.  
l. 17. n. 2.  
 an hosce articulos discuti, vel illis  
 quicquam addi peterent? Ad hæc re-  
 spondit Granatensis Archiepiscopus:  
 „Primus articulus in Synodo Constan-  
 „tienti jam fuit definitus, adeoque nova  
 „discussione non indiget, sed solum  
 „nova confirmatione: reliqui autem  
 „pariter adeo manifeste patent, ut plu-  
 „quam unius diei labore opus non esset:  
 „fatius igitur mihi videtur, ut illis ad-  
 „jicerentur in eadem Sessione articuli  
 „de Sacramento Ordinis, ut simul de  
 „residentia agi posset: mirum enim est,  
 „quod illam ad legem Ecclesiasticam  
 „quidam redigant, cum tamen eorum

Sæc. XVI.  
A.C. 1562.

„rationes, quæ ad id adducebantur,  
„eo confessu indignæ viderentur, pro-  
„inde ab illis ipsis magis confirmor in  
„contraria sententia, quæ validissima,  
„atque sanctissima est, pro qua etiam  
„mori minime dubitarem: illius quo-  
„que argumenti memoriam sæpius re-  
„voco ob ingentia commoda, quæ in  
„eo animadverto, atque impatienter  
„opto, ut res a Synodo definiatur,  
„quatenus sic inciperent palam conspici  
„fructus, quos ab eo sacrosancto con-  
„ventu Christiana Respublica sibi pol-  
„licebatur.

§. XXXI.

*Rossanensis Episcopus huic sententiæ  
obluctatus.*

*Pallav. c. 1.*  
*num. 3.*

Verum Castanea Rossanensis Episco-  
pus, qui adversam propugnabat  
sententiam, acriter de quibusdam que-  
rebatur, qui hanc quæstionem de resi-  
dentia, perinde acsi maximi momenti  
esset, agitari continuo petebant, omnes  
igitur hanc legem esse juris divini asse-  
rentes, ut id non modo gravibus ver-  
bis, sed & solidis rationibus compro-  
batum redderent, provocabat.

§. XXXII.

*Residentie fautores a Cardinale Man-  
tuano sedati.*

Cum